



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1553. usque ad annum 1557

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1771**

**VD18 9011857X**

§. 65. Errores a Cranmero ejurati, nec non hæresis revocatio ab eodem subscripta.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66565](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66565)

cusabatur, quamvis interea in custodia Sæcul. XVI.  
 detentus fuisset: quapropter reponebat A.C. 1556.  
 Cranmerus, „haud capio, quo jure con-  
 „demner, quod Papam non accesserim,  
 „cum tamen semper ad hoc usque mo-  
 „mentum in carcere detentus fuerim;  
 „ceterum Romam ire, ibidemque do-  
 „ctrinam meam tueri semper paratus  
 „eram: Pontifici vero nulla in me, nec  
 „in ceteros Anglos potestas competit,  
 „quocirca ab eo, necnon a sententia con-  
 „tra me lata ad Oecumenicum, libe-  
 „rumque Concilium proxime celebra-  
 „dum provoco. „ Ast in superhabita hac  
 appellatione ulterius in illius exaucto-  
 ratione procedebatur, dilata tamen fuit  
 mortis sententia, eique perbenigne ad-  
 huc dum temporis spatium indulgeba-  
 tur, ut errores suos ejurare posset, qui-  
 nimo eidem fuerat suggestum, quod hac  
 ratione vitæ suæ consulere valeret, un-  
 de etiam longe mitius, quam antea  
 habebatur, necnon ex carcere suo ad æ-  
 des Decani in Ecclesia, ut vocant, Chri-  
 sti abducebatur.

## §. LXV.

*Errores a Cranmero ejurati, necnon  
 hæresis revocatio ab eodem  
 subscripta.*

Paulo post Cardinalis Polus infaustam Burnet.  
 hujus p. 498.

G g 2

hujus

Sæcul. XVI  
A.C. 1556.

hujus Præfulis fortem miseratus prolixis admodum literis eundem ad pœnitentiam revocare nitebatur, simulque speciatim singulos illius errores enarrans eosdem solidis omnino argumentis confutabat. Itaque hæc eadem epistola, necnon major erga eum comitas, ac præcipue mortis timor Cranmeri animum frangebant, quapropter, ut vitam suam redimeret, abjurationis formulæ eidem exhibitæ integre subscribere annuit, in eaque palam testatus est, quod omnes Lutheri, ac Zvvinglii errores damnet, simulque Sacræ Sedis Primatum, septem Sacramenta, realem Christi Domini præsentiam in Eucharistia, purgantes flammæ, preces pro defunctis, necnon invocationem Sanctorum profiteatur. Porro hæc ipsa ejuratio ejusmodi Verbis erat concepta, quibus sane sincerum præseferbat dolorem, quod se adeo turpiter decipi passus esset: insuper omnes, qui vel ejus exemplo, vel doctrina seducti fuerant, hortabatur, ut ad unitatem Catholicam redirent. Denique profitebatur, quod huic abjurationi liberrime, ac unice ad exonerandam suam conscientiam subscripsisset. Equidem Reformati exinde vehementer turbabantur, Regina vero parum commoveri videbatur, cum sibi probe persuasum haberet, omnino ab æquitatis legibus

bus requiri, ut hæresiarcha, qui universam Angliam suæ doctrinæ veneno infecerat, promeritas lueret pœnas, nec in hæreticorum antesignano attendenda esset errorum revocatio, ob quam alii forte hæretici a supplicio liberari possent, præcipue cum alia ex ratione adhuc hujus Præfulis conversio sua haud careret utilitate, eoquod præter propriæ salutis spem etiam populi offensionem tolleret.

## §. LXVI.

*Cranmerus ejurati erroris pœnitentia ductus: ejus supplicium.*

Itaque mortis sententia in eum decernitur, necnon illius diploma jubente Cancellario Heatho die vigesima quarta Februarii conficitur, illudque unacum Reginæ mandatis eidem Cancellario injunctis ad acta refertur: Cum ergo Cranmerus se morti adjudicatum intelligeret, ac veniæ spem superesse crederet, si diutius sese Catholicum fingeret, hinc rursus suæ ejurationi subscribat: cum vero id non nisi dolose ageret, clam in alia charta, quid vere, & re ipsa in animo sentiret, descripsit, nomenque suum apposuit, ut ad supplicii locum raptus in extremo vitæ suæ momento hac Scriptura opportune uti valeret: ex hoc constat, quod Catho-

Sæcul. XVI.  
A.C. 1556.

Burnet. l. c.